



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Imprimere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

etiam in festo corporis Christi , ex
Eugenio I V . *ibid.*

Item senes & infirmi Ordinis
Sancti Hieronymi facientes aliquod
pium & æquivalens opus , lucran-
tur omnes Indulgencias , ac si visi-
tassent Altaria , aut Ecclesias , vel
aliud opus requisitum ad lucran-
dam Indulgenciam impleissent. *ibid.*

Fratres laici experti in medici-
na , ex doctrina , aut exercitio ante
vel post ingressum , de licentia suo-
rum Superiorū possunt mederi in-
firmis secundūm infirmitatis exi-
gentiam , si ex deuotione , aut chari-
tate inuocentur. *art. 2. Eugen. I V. &*
Nicolo V.

Ideem possunt omnes Religiosi
Societatis , absque metu irregulari-
tatis erga omnes etiam sacerdotes ,
quando commodè Medici sacerdotes
haberi non possent , citra tamen
aduersionem & incisionem per ipsos
faciendam. *Ex concessione ipsis facta*
per Gregorium XIII. ibidem.

IMPRIMERE.

Olim poterant Fratres per Cle-
ment. V I I . imprimi facere
libros

236 IMPRIMER E.
libros continentis tantum spectan-
tia ad suum Ordinem , sine Ordina-
rij & Inquisitoris examine , sed hoc
reuocat Conc. Trid. sess de usu , & edi-
tione sacrorū libroru. to. 2. q. 104. art.

Regularis obtinens regale priu-
legium prohibitiuum , ne alias im-
primat aut vendat libros à se com-
positos , acquirit tale ius suo Mon-
asterio capaci , scilicet - possessionis
iuris; alias acquirit Papæ , vt Frate
Minor; & tunc Syndicus solus nomi-
ne Papæ potest procedere contr
infraactores , & tale ius petere . art. 1.
& 2.

Vitanda summopere est merca-
tura , & turpe lucrum venditionis
eiusmodi librorum , præsertim à
Fratre Minore , cui non licet villo
modo imprimere facere libros lu-
cri gratia , cùm sit per Regulam in-
terdictum . ibid & art. 3.

Syndicus per tale ius regale po-
test quidem agere pro damno vitan-
do , & impedire furtiuas impressio-
nes , & venditiones , ne impressio
Fratum damnificetur , sed non po-
test agere pro lucro captando , quia
hoc repugnat statui Fratum , art. 4.

J N

G
cop
aliqu
in q
tio
art.

I
non
dice
Offi
sed
hoc
nea

P
test
fun
pen
aliu
mir
secl
ius
C
ciu

J N